Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



31

disciplinam non ut plerique existimant
ac maxime stoici paria esse peccata
sive uel magna et parua. et per qualitate
mensuraque peccatorum diuersitate
esse iudicij puniendis. Repleta est
inquit terra sanguinibus. siue ut lxx.
transtulerunt. ppls ac ciuitas repleta
est auersione. aut ut uulgata habet
editio iniquitate et immundicia ni
modicus sanguis effusus est. s. de pe
ra usque ad portam. et omnis ciuitas
declinauit a cultu dei. et per eo plena est in
mundicia ydolatrie uidelicet sordibus.
Causa autem tantorum scelerum. illa est
quod putauerunt per uidentiam non esse sup
terram. nec dominum curare mortalia. iux
ta illud quod alibi legimus. scilicet bis sup
bis dolor est. ea cura quietos sollicitat.
Qui igitur illi et putauerunt non esse per uidentiam
et que ante fuerat in pplis. hoc
tempore pplm suum reliquisse. propterea
et dominus non parcet oculus nec misereberetur
eorum. uicia seuiens. placabilis sit uir
tutibus. uiasque eorum atque peccata red
dat super capita eorum. et super principale
cordis et super principes pplorum. uerta nu
merorum librum. in quo capita pplorum
principes esse dnm.

Et ecce uir qui induti erat lineis qui
habebat atramentarium in lumbis
suis. respondit uerbum dicens. Feci sicut
precepisti mihi. Et ecce uir qui in
dutus erat podere. i. uestem talari. et
accinctus lona lumbos suos. et respo
dit uerbum dicens. Feci sicut mandasti mihi.
Ipse est uir cui uisum est transire per me
diam ierlm. et ponere signum in frontibus
uirorum gementium et dolentium super cunc
tis iniquitatibus eorum. Dixit enim se
dnm precepta complesse ac signaculo
thau. T. littere in fronte armasse lugentium.
Seruatum uiri quibus precepit dnus dicens.
transite per mediam ciuitatem. sequen
tes eum. et percutite. nullique misera
mini usque ad uniuersionem. michi tale
renuntiant. neque enim leuiter sed mero
ris impleuere sententiam que non sermo
nes operebabantur. Et in hoc loco per podere
i. uestem talari. quam interpretati sunt. lxx.
theodocio ipsum uerbum hebraicum posu
it. baddyn. symmachus lineam. aquila
peripsam siue solam. Lona quoque sym
machus. tabulas. aquila atramentarium.
theodotio caste. posuerunt.

Et uidi ac ecce in firmamento. ⸗
quod erat super caput cherubyn quasi ⸗
lapis saphyrus. quasi species similitu ⸗
dinis soli apparuit super eam. et dixit ⸗
ad uirum. qui indutus erat lineis. ⸗
ait. Ingredere in medio rotarum ⸗
que sub cherub. et imple manus ⸗
tuas prunis ignis. que sunt super che ⸗
rubyn. et effunde super ciuitatem. De
firmamento quod erat super cherubyn. et
de lapide saphyro. qui habebat simi
litudinem troni. et de rotis que anima
lia sequebantur. super diuisse sufficiat.
et illorum lectori explanatione continu
ere. Hunc autem quod iubet illi qui in
dutus erat lineis per quo lxx. stolam
interpretati sunt. ut tollat pruna
ignis de medio cherubyn. et effundat
siue spargat super ciuitatem. illud mi
hi uidetur ostendere quod post interfectionem
cedemque multorum. et in uiis cadauera
mortuorum prunarum ignis assumitur